Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26080
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ad cuius interitum urbs uniuersa commota est. nec desolatus est nudus. non in
lacteo celi palatio. ut uxor mentitur infelix. sed in sordentibus tenebris continetur.
hec uero quam unius cubiculi secreta uallabant. quae pauper uidebatur et tenuis.
cuius uita putabatur amentia xpm sequitur. idicit. quaecumque audiuimus et
uidimus in ciuitate dei nostri. et cetera. Qua propter moneo et flens gemensque
contestor. ut dum huius mundi uiam currimus. non duabus tunicis. sed duplici
uestiamur fide. non calciamentorum pellibus mortis uidelicet operibus. per grauemur
non diuitiarum pera nos ad terram premat. non uirgae id potentiae secularis que
ratur auxilium. non paritur et xpm habere uelimus et seculum. sed pro breuibus atque ca
ducis aeterna succedant. et cum cotidie secundum corpus loquor premoria
mur in caeteris non nos perpetuos aestimemus. ut possimus esse perpetui.

24 NHIERONIMUS ADQUE SUPER DEUITA ASELLAE.

Nemo reprehendat quod in epistolis aliquos aut laudamus aut carpi
mus. cum et in arguendis malis sit correptio caeterorum. et in
optimis predicandis bonorum ad uirtutum studia concitentur. Nudius tertius
de beatae memoria laeae aliqua dixeramus. ilico pupugit animum. et in
uenit in mente non debere nos tacere de uirgine. quia de secundo ordine
castitatis locuti sumus. Igitur aselle nostrae uita breuiter explicanda est.
Cui queso ne hanc epistolam legas. grauatur quippe laudibus suis. sed his
potius quae adulescentulae sunt legere dignare. ut ad exemplum eius se insti
tuentes reuersationem illius perfectae uitae normam arbitrentur. Pretermitto
quod in matris utero benedicitur ei ante quam nascatur. quod in fi ala niten
tis uitri et omni speculo purioris. patri uirgo traditur per quietem. quod
adhuc infantiae inuoluta pannis et uix annum decimum aetatis exce
dens honore futurae beatitudinis consecratur. Sit gratiae omne quod ante
laborem fuit. Licet deus presciuit futurorum. et iheremiam sanctificet in utero.